uxoribus lamentabatur eum usque in hunc diem
Et datum est hoc fieri semper in omne genus israel.
Hec autem perscripta sunt in libro ystoria
rum regum iudee. Ac singula gesta
actus iosie et eius gloria. et intellectus
eius in lege domini. quia ea que gesta sunt ab
eo. et que non scripta sunt in libro regum
iiij. israel et iude. IIII
Et assumentes qui erant ex gente iechoni
am filium iosie constituerunt regem pro
sia patre suo. cum esset annorum. xxx. trium
Et regnavit super israel mensibus tribus. Et
amonuit eum rex egipti. ne regnaret
in ierosolimis. Et mulctavit gentem ar
genti talenta. c. et auri talentum unum.
Et constituit rex egipti ioachim fratrem
ipsius regem iudee. et ierusalem. et alliga
vit magistratus ioachim. et zaracelem
fratrem suum apprehendens reduxit egip
to. Annorum erat ioachim. xxv. cum re
gnaret in terra iuda. et ierusalem. et fecit
malum in conspectu domini. V
Post hunc autem ascendit nabuchodo
nosor rex babylonis. et alligans eum
in aerola vinculo perduxit in babylo
niam. Et sacra vasa templi domini cepit
nabuchodonosor. et tulit. et consecravit
in templo suo in babylonia. Nam de
immunditia illius et irreligiositate.
scriptum est in libro temporum regum. Et reg
navit ioachim filius eius pro eo. Cum autem
constitutus esset erat annorum. viii. Regnavit
mensibus tribus. et dies. x. in ierusalem. et fecit
malum in conspectu domini. Et post annum
mittens nabuchodonosor transmig
ravit eum in babyloniam. simul cum vasis
sacris domini. et constituit sedechiam regem
iuda in ierusalem. cum esset annorum. xx. unius
Regnavit autem annis. xi. et fecit malum
in conspectu domini. et non est veritus a verbis
que dicta sunt a ieremia propheta ex ore
domini. et adiuratus a rege nabuchodo
nosor periurans discessit. Et indura
ta cervice sua et corde suo transgressus est
legitima domini dei israel. et duces populi domini
multa inique gesserunt. et impie ege
runt super omnes immunditias gentium.
et polluerunt templum domini quod sanctificatum
ierosolimis. Et misit deus patrum ipsorum
per angelum suum. revocare eos. propter quod par
ceret illis et tabernaculo suo. Ipsi vero
subsannabant in angelis suis. Et
qua die locutus est dominus. erant illudentes
prophetas eius. Qui usque ad iraci
diam concitatus super gentem suam. propter
irreligiositatem suam. precepit ascen
dere reges chaldeorum. Hii occiderunt
iuvenes illorum in gladio in circuitu
sancti templi eorum. et non pepercerunt iuvenem
et virginem et senem. et adolescentem. Sed omnes
traditi sunt in manus eorum. Et omnia sa
cra vasa domini. et regales apothecas re
sumentes. tulerunt in babyloniam. Et
incenderunt domum domini. et demolierunt
muros ierusalem. et turres eius incenderunt
in igne. et consummaverunt. Omnia honori
fica eius ad nichilum redegerunt. et reli
quos a gladio in babylonem. Et erant
pueri illius usque dum regnaret perse in im
pletione verbi domini in ore ieremie. quo
usque benigne ageret terra sabbata sua. Omni
tempore desertionis sue sabbatizavit. in re
plicatione annorum. lxx. VI vi.
Regnante cyro persarum in consumma
tione verbi domini in ore ieremie. susci
tavit dominus spiritum cyri regis persarum. et pre
dicavit in toto regno suo. simul per scrip
turam dicens. Hec dicit rex persarum.
cyrus constituit regem orbis terrarum. dominus
israel. dominus excelsus. Et signavit me edi
ficare sibi domum in ierusalem. que est in iudea.
Si quis est ex genere vestro. dominus ipsius
cum eo sit. ascendat in ierusalem. Quot
quot ergo circa loca habitant. adiuvent
eum qui sunt in loco ipso. in auro et argen
to. in dationibus cum equis et iumentis.
cumque aliis que secundum vota apponuntur in
edem domini que est in ierusalem. Et stantes
principes tribuum pagorum iudee ex tribu
beniamin. et sacerdotes. et levite quos
excitavit dominus ascendere et edificare
domum domini que est in ierusalem. et qui erant
in circuitu eorum. adiuvabant in omni
auro et argento et iumentis. et vo
tis quam pluribus multi quorum sensus
excitatus est. Et rex cyrus protulit va

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30, (seq. 8) – Bible in the Latin Vulgate version (https://fragmentarium.ms/view/page/F-fi0z/1118/15789)